

Transalbino seu marchia Brandenburgensi et in omnibus comitatibus ad ipsam marchiam pertinentibus, nec non et in comitatibus Theoderici illustris de Summerschembure et nobilis viri Ottonis de Falkenstein comitum habuerunt, uterque de alterius compromisso et consensu mutuo sanctissimo martiri Mauricio et Magdeburgensi ecclesie et venerabili Ludolfo, eius archiepiscopo, contulerunt, sicut littere ipsorum ad nostram presentiam directe manifestius expresserunt. — —

:Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris (M.) invictissimi et regis Sicilie.:

Ego Conradus Hildeneshemensis episcopus imperialis aule cancellarius una cum domino Gualtero Troiano episcopo et regni Sicilie cancellario recognovi. 10

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. C. XC. VII., indictione XV., regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo ac potentissimo rege Sicilie, anno regni eius XX. VIII., imperii vero septimo et regni Sicilie tercio; datum in Linaria iuxta Pactum in Sicilia VII. idus iulii.

(SD.)

15

24.

Kaiser Heinrich VI. bestätigt den Vertrag zwischen dem Erzstift Magdeburg und dem Markgrafen Otto von Brandenburg nebst dessen Bruder Albrecht, wonach letztere ihre sämmtlichen dem Stift übergebenen transalbingischen und in der Grafschaft Dietrichs von Sommerschemburg gelegenen Besitzungen wieder zurückerhalten. — Zeuge: Markgraf Konrad von Landsberg. Linaria, 1197 Juli 28. 20

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin. Das S. an grüneidener Schmur = Heffner IV. 38.
Gedr.: Riedel, Cod. dipl. Brand. III. 1,7. Stumpf 5071.*

C. :In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus, divina favente elementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. | Licet universorum rationalibus et iustis desideriis nostre maiestatis facilem impertiri et velimus et debeamus assensum, eorum tamen vota magis amplectimur et favore prosequimur ampliori, que cum rationi non obvient, pium et commendabile noscuntur exordium habuisse. Ea propter universitati presentium et | futurorum notitie declaramus, quod cum nobiles viri Otto Brandenburgensis marchio et comes Albertus frater eius divine remunerationis intuitu, ut celestis patrimonii participes redderentur, predia ipsorum quecumque in ducatu Transalbino seu marchia Brandenburgensi vel in omnibus comitatibus ad ipsam pertinentibus seu in comitatibus Theoderici illustris de Sommersenburg et nobilis viri Ottonis de Falkenstein comitum habuerint, Magdeburgensi ecclesie tradidissent, ab archiepiscopo et suis canonicis et familia Magdeburgensi promissionem huiusmodi acceperunt, quod predictus archiepiscopus vel successor eius bona eadem, quecumque idem fratres prefate ecclesie contulerunt, transacto anno et sex ebdomadis a tempore collationis ipsis concedet in feodo et restituet eis universa tam oppida quam et castra; predicti vero marchio et frater eius tam illa bona, quam ea, que prius de Magdeburgensi ecclesia tenuerunt, si prolem habuerint, in utriusque sexus personas tam filios quam et filias sane, quocumque